

monachorum inibi catervam instituens privilegiis apostolicis et regum preceptis decentissime corroboravit; ubi etiam insignis pater Bavo omni virtutum perfectione probatissime consummatus et, ut ante prelibavimus, a Deo omnipotente sublimiter est exaltatus. Cumque meritis ipsius et virtutum signis isdem locus cotidie oblationibus fidelium augeretur et cresceret, post plurima annorum curricula peccatis christianorum exigentibus Northmanni ipsum locum adeunt, vastant, incendunt et omnia diripiunt, solummodo sanctorum corporibus maximis fidelium laboribus ad montem regium Laudunensem fuga dilapsis¹⁾. Cumque inibi propter metum ipsorum Danorum quoniam omnia occupaverant diutius morarentur, hereditas eorum versa est ad alienos et domestici atque extranei diripuerunt eam, sed et proavus nostri senioris Arnulfus [Magnus]²⁾ maximas inde abstrahens partes, satellitibus suis secundum quod unicuique eorum erat contiguum distribuit, hoc est in pago Curtracensi villam Elisachiam cum ecclesia et mansis 38. Item villam Aidengem et in villa Holthem m. 14, et in pago Methelentissi in villa Skelinis m. 4 cum molendinis duobus et cambis³⁾ duabus, et in pago Tornacensi villam Fontaneiam nomine cum omnibus appenditiis, et in pago Trecensi villam Colonniam dictam. Item aliam villam nomine Nielam et in pago Brabantensi villam Meren cum ecclesia et mansis 77. Item Cramham villam cum ecclesia et m. 30. Item Bellavicum cum ecclesia et omnibus appenditiis. Item Bruggecme villam cum omnibus redditibus. Item villam Milimam cum ecclesia et omnibus adjacentiis. Item villam Merskhem cum ecclesia, pratis, pascuis, silvis et omnibus adjacentiis. Item villam Aingem cum ecclesia et ceteris ad ipsam pertinentibus. Item villam Badengem⁴⁾ cum ecclesia et redditibus ceteris. Item villam Mortesela cum ecclesia suisque appenditiis, et in Masmine m. 5 cum ecclesia, et in pago Flandrense villam Bettینگem cum ecclesia et omnibus ad ipsam pertinentibus. Item Holtanna cum ecclesia. Item Ostold ecclesiam. Item ecclesiam Adingem et in pago Menpisco villam Guntrengem cum ecclesia, et in pago Gandensi villas has: Hemthorp, Husdine, Bergine, Wasmonasterium, cum omnibus appenditiis earum et ecclesia in villa Merendra sita. Sed et comites provinciarum et episcopi singuli eorum optinuerunt partes suas unusquisque in locis suis usque ad tempora pie memorie predecessoris nostri, domni videlicet abbatis Oduuni. Qui adiens piissimum imperatorem Ottonem quasdam imperio suo contignas villas impetravit⁵⁾, quibusdam ut erant ibi injuste

1) 851, s. Dümmler, Gesch. d. Ostfränk. Reichs, I, 335. 2) *superscr.*

3) d. i. Brauereien. 4) radingem *corr.* badengem. 5) Erwähnt Ann. Gand. 988.